zu ⟨vor⟩ 1451 September 18. — Nr. 1747

Eintragung in einem Register der Chambre des Comptes von Lille über Reisegeld für einen Boten ⟨Hg. Philipps von Burgund⟩ zu ⟨NvK⟩.

Or.: LILLE, *Arch. Dép. du Nord, B 2008 f. 190^{v} (freundl. mitgeteilt durch I. Miller).*

Der seitens des Herzogs auf Befehl des B. von Tournai[1]) au devant du cardinal de nostre sieur pere le pappe *entsandte* Haynne Vrenchart, a ce que ledit cardinal tordast jusques au 18^{e} jour de septembre 1451[2]), *habe 16 fl. erhalten.*

1) *Guillaume Fillastre, Vorsitzender des herzoglichen Rates.*
2) *Philipp weilte vom 20. August bis zum 4. Oktober in Brüssel; Vander Linden, Itinéraires 284–286.*

1451 September 18, in castro *Ter Horst.*[1]) — Nr. 1748

NvK an alle Christgläubigen. Er verleiht einen 100-Tage-Ablaß für die Kapelle des heiligen Hieronymus in der Stadt Leiden super Rapenburch.

Kop. (1465 oder kurz danach): LEIDEN, *Gemeentearchief, Archieven kloosters, Inv. n. 378 f. 45^{v} (im unmittelbaren Anschluß an* Nr. 1696*).*

Erw.: van Heussen – van Rijn, Oudheden en gestichten van Rhynland 209, sowie: Kerkelijke Historie (III) 853; van Mieris, Beschryving der stad Leiden I 131; Pool, Frederik van Heilo 10; Meinsma, Aflaten 99; Overvoorde, Gemeente-archief Leiden. Archieven van de kloosters I 61 und 456 Nr. 984; de Groot-Coppens, Manuscripta 176 Nr. 680.

Formular: Splendor paterne glorie (Nr. 965)

1) *Zwischen Utrecht und Arnheim.*

1451 September 18, in castro *Ter Horst.* — Nr. 1749

NvK an die Prioren, Konvente und übrigen Personen der Klöster der seligen Jungfrau Maria in Sion bei Delft, des heiligen Michael in dem Hem bei Schoonhoven, des heiligen Gregorius im Lande von Stein bei Gouda und alle anderen ihrem Generalkapitel unterstellten Prioren, Rektoren und Konvente beiderlei Geschlechts vom Orden des heiligen Augustinus. Er gibt ihnen Anweisungen über Beichte und Absolution.

Kop. (15. Jh.): 's-GRAVENHAGE, *Koninkl. Bibl., Ms. 70 H 76 (früher: Th 351) f. 16^{v}–17^{v} (= H_1);* 's-GRAVENHAGE, *Algemeen Rijksarchief, 3.18.26 (Klooster St. Michiel in den Hem bij Schoonhoven), Inv. n. 3 (ehemals: Archief der Oud-Bisschoppelijke Clerezij XIII 1) f. 5^{rv} (= H_2); danach (1. Hälfte 16. Jh.): ebendort Inv. n. 3 a (Clerezij XIII 1 a) f. 1^{r}–2^{r}. Zu den Hss. s.o.* Nr. 1645.

Erw.: Acquoy, Klooster II 38; Blonden, Archief 216f. Nr. 94; Paquay, Kerkelijke Privilegiën 48 Anm. 1; Jongkees, Jubileum-aflaat 76; Koch, Umwelt 133; van Dijk, Bestuursvorm 190.

Sacre religionis, sub qua devotum domino exhibetis famulatum, promeretur honestas, ut votis vestris illis presertim, que ex devocionis fervore prodire conspicimus, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos vestris devotis supplicationibus inclinati ex singulari gracia vobis concedimus, ut vestri capituli generalis prior pro tempore existens per se vel per visitatores generalis capituli singulorum canonicorum et fratrum ac familiarium domesticorum et continuorum commensalium quorumcumque monasteriorum, tam virorum quam mulierum, eciam utriusque sexus personarum, ipsi generali capitulo pro presenti subiectarum, ac ut singuli priores et rectores eorundem vestrorum monasteriorum pro tempore, eciam singulorum canonicorum et fratrum necnon monialium ac familiarium domesticorum ac continuorum commensalium in singulis eorum monasteriis pro presenti degentium ac canonicorum et fratrum necnon familiarium reliquorum monasteriorum

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

eorundem hospitandi causa ad ea declinancium confessiones diligenter audire et eis pro commissis debitam absolutionem impendere et penitenciam salutarem iniungere, nisi forsan talia fuerint, propter que sedes apostolica foret merito consulenda, ac eciam eisdem, quociens oportunum fuerit, ecclesiastica sacramenta ministrare votaque per eos emissa in alia pietatis opera commutare ac per se vel per alios priores vel rectores, quibus hoc duxerint committendum, huiusmodi canonicos, fratres et familiares, si qui ex ipsis ante vel post religionis ingressum excesserint, in casibus, in quibus excommunicationis sententiam vel notam irregularitatis incurrerint, absolvere semelque de triennio in triennium ab omnibus excommunicationis, suspensionis et interdicti sentenciis enodare et cum eis super irregularitate undecumque eciam contracta et ut in susceptis ordinibus ministrare ac eciam ad minores et maiores ordines et dignitates, ad quos promoti non fuerint, promoveri libere ac licite valeant, dummodo tamen neminem interfecerint seu mutilaverint, ac eciam super horis canonicis ac aliis divinis officiis cum eis, qui senio confecti aut infirmitate gravati seu alias ea commode servare nequiverint, non observandis, prout expediens fuerit, dispensare.

Quodque ipse prior superior ac eciam aliorum priorum ac rectorum eorundem monasteriorum vestrorum pro tempore existentium unusquisque aut alius confessor ab eo deputatus eisdem canonicis, conversis, monialibus, noviciis, donatis vestro capitulo generali pro nunc subiectis ac eius diffinitionibus et preceptis humiliter obedientibus ac universis et singulis personis utriusque sexus dicti vestri ordinis et capituli pro presenti existentibus omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, semel in vita tantum, plenam remissionem sibi in sinceritate fidei, unitate sancte Romane ecclesie ac obedientia et devotione summi pontificis persistentibus concedere valeat; sic tamen, quod idem confessor de hiis, de quibus fuerit satisfactio imponenda, illam per quemlibet eorum, si supervixerit, vel per alium, si tunc forte transierit, faciendam iniungat.

Ipse quoque prior superior ac reliquorum priorum et rectorum huiusmodi pro tempore quilibet ydoneum presbyterum ex huiusmodi canonicis, qui forma simili suis confessionibus auditis eis pro commissis debitam absolutionem impendere, penitenciam salutarem iniungere ac eciam, si expedierit vel opus fuerit, similiter super irregularitate dispensare ac, ut premittitur, plenam remissionem omnium peccatorum suorum semel in vita eisdem conferre valeat, in confessorem suum eligere libere ac licite possint, auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa tenore presentium indulgemus.

Et ne, quod absit, propter huiusmodi gratiam vestrum aliquis reddatur proclivior ad illicita in posterum committenda, volumus, quod, si ipse ex confidentia remissionis huiusmodi aliqua forte committeret, quo ad illa presens remissio eidem nullatenus suffragetur.

(Unter dem Text sodann Nr. 1750.*)*

Varianten H_2*:* 6 tam — 9 commensalium *fehlt*   11 hospitandi: hospitalitatis   12–13 propter que: per que   19 et ut: ac   35 impendere: et.

zu 〈um 1451 September 18〉. **Nr. 1750**

Notiz, daß NvK allen, die dem (General)kapitel (der in Nr. 1749 *genannten Klöster) unterstellt sind, einen 100-Tage-Ablaß gewährt habe.*

Kop. im Anschluß an Nr. 1749 *in den dort genannten Handschriften.*

Item contulit idem venerabilis legatus omnibus nostro capitulo subiectis utriusque sexus personis ac familiaribus et continuis commensalibus, tociens quociens in festis duplicibus et supra aliquod altare in nostris monasteriis situatum per orationem dominicam devote visitaverint, centum dies indulgenciarum, quas ore contulit et assignatura firmavit, licet de hiis litteras non accepimus.

---

2 et*(1)*: ac H_1 tociens: ut tociens H_1 4 firmavit: signavit H_2.

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.